<i>Tignum transuersariū cardina-</i> <i>cum.</i> b. 192. <i>Tophus.</i> a. 33	<i>Tributim.</i> b. 108
<i>Torus.</i> a. 40. a. 41	<i>Trullissare.</i> a. 113
<i>torus superior.</i> b. 56	<i>Transtilla.</i> a. 112
<i>torus inferior.</i> b. 56. a. 57.	<i>Tricliniū.</i> a. 120. a. 122. b. 122
<i>Torus.</i> a. 75. b. 190	a. 123
<i>Tonus.</i> b. 100	<i>Triclinia, hyberna, autūna-</i> <i>lia aestiva.</i> a. 123
<i>tomex.</i> b. 133	<i>Triclinia Cizicena.</i> a. 126
<i>Torcular.</i> b. 173	<i>Trulissatio.</i> a. 134. a. 136
<i>Topiorum varietates.</i> b. 136	<i>tractatio.</i> a. 138
<i>Tornus.</i> a. 160. a. 174	<i>tridere.</i> a. 145
<i>Tona.</i> a. 160	<i>transuersaria cōpacta à car-</i> <i>dinibus.</i> b. 151
<i>T</i> ante R	<i>Troclea.</i> b. 174. a. 175
<i>Triglyphus.</i> b. 61. b. 67	<i>Tractorium genus machine</i> <i>Bavaύoov vocant.</i> a. 173
<i>Triton.</i> a. 22	a. 178.
<i>triplinthius.</i> a. 39	<i>transuersaria colligata.</i> a. 173
<i>transuersarius.</i> b. 39. a. 135.	<i>trutina.</i> a. 174. b. 178
b. 176	<i>Trispastos.</i> b. 174
<i>Tricalcha.</i> a. 45.	<i>tructus.</i> b. 176
<i>trūcus.</i> b. 55. <i>Trochilus.</i> b. 56	<i>Trientalis materia.</i> b. 176
<i>Trabs.</i> a. 65. b. 97	<i>trutina, q̄statera dicit.</i> b. 178
<i>trabescōpastes.</i> b. 76 b. 191	<i>Trigonū orthogonū.</i> b. 172
<i>Traiectura.</i> b. 76	<i>Transuersaria.</i> b. 191.

- Trabs. b. 191
 Trānsuersarij cardies .b. 187
 Trabicula. b. 192
 Turris rotunda. a. 19
 Turris polygonia. a. 19
 Turris quadrata. a. 19
 Tuffire. a. 20
 Turris octogona. b. 21
 Tumulus. a. 29
 Tumulos grumorū .a. 29
 Turgida gutura. a. 140
 Tubuli fictiles. b. 152
 Tubuli Crasso corio. a. 154
 Tubuli. a. 154
 Turribulum. b. 165
 Turris ambulatoria. b. 190
 Turricula. b. 191
 Tympanum. b. 59. a. 60
 Tigris fluminis. b. 145
 Tybris fluminis. b. 145
 Tipanū dēcatū icultrū. b. 181
 Tympanum versatile. a. 185
 Tympanum planum. b. 185
 Tympanū in cultro. a. 186
- V
- Value. a. 51. b. 53
 Valuate. a. 78
 Vafaria. b. 109
 Vacinium. b. 141.
 Vas corinthium. a. 151
 Vailles perpetua. b. 153
 Vara. b. 199
- Vdum tectorium. a. 138
 Vectis. a. 9. a. 125
 Vectigalia. b. 155
 Vestibulum. a. 14. a. 123
 a. 127. b. 126
 Venustas. b. 15. a. 127
 Ventus. b. 20
 Vēti quatuor principales sc̄i
 licet solanus, aust̄er , fauonius eꝝ septentrio. b. 21.
 Vētos octo alii eꝝ dicūt scili-
 cet Solanus, Eurus, Aust̄er,
 Africus, Fauonius, Corus,
 Septentrio, Aquilo. b. 21
 Ventorum . xxiiij. nomina,
 videlicet, Solanus , Orni-
 thiæ, cæcias, Eurus, Vultur-
 nus, Leuconotus , Aust̄er:
 Altanꝝ, Libonotus, Africus
 Subnēperos Argestes, Fauo-
 nius, Etesiæ, Circius Caurus
 Corus, Thrasicias, Septētrio
 Gallicus, Supernas, Aquilo
 Boreas Carbas. b. 23:
 Versura. b. 49. b. 104. a. 111
 b. 111. a. 137
 Vectarius. b. 126
 Vena. b. 138. b. 139. a. 141. a.
 146
 Vestine pinne. a. 147
 vellus lanæ. a. 144
 Vectigalia. b. 153

- Venter grece χόιαστα. b. 153 Virgulae æneæ. b. 170
 Versatio. a. 160. b. 170. a. Viginti pondo. b. 188
 177. b. 178 Vlmus. a. 15. b. 40
 vesperugo. a. 161 vñ rægnomonis. b. 159
 vergilia. a. 164 Vnda. b. 104
 vertex capitinis. a. 165 Vncini ferrei. b. 109
 versabundus. a. 166 Vno tenore. a. 133
 versatiles carchesij. a. 167 Voluta. a. 57. a. 58
 vectura. a. 177 Volucris. b. 164
 Vela. a. 179 Vrceus. b. 140
 Verticuli. a. 184 Vſta. a. 141
 Versatile timpanum. a. 185 Vtilitas. b. 15
 Vicus. a. 41 X
 Vitex. a. 144 Xanthus fluminis. b. 148
 Viarum directiones. b. 68 Xenia. b. 126
 viridia. a. 108. b. 122 Z
 Villa. a. 125 Zophorus. a. 59. a. 60. b. 61.
 Vinū protyrū catacumeneū a. 77. a. 97
 melliton, mamertinū, faler Zona. a. 160. a. 164. b. 165
 nū, cæcubum. a. 148
 virgo. b. 165 FINIS.
 Virgula. b. 170 DD. ūj

SEXTI IVLII FRONTINI VIRI
CONSULARIS DE AQUE
DUCTIBVS VRBIS
ROMAE.

LIBER PRIMVS INCIPIT.

Vm omnis res ab Imperatore delegata intentiorem exigat curā, & me seu naturalis solicitude, seu fides sedula nō ad diligentiam modo, verū ad amorē quoq;
cōmissae instigent, sitq; mihi nūc ab Nera
ua Augusto, nescio diligētiore an amātiore Reipub. Imperatore, aquarum iniunctū officium, tum adūsum, tum ad salubritatem, atque etiam ad securitatem vr̄bis pertinēs, administratū per principes semper ciuitatis nostreviros, primum ac potissimū existimo, sicut in ceteris negocijs instituerā, nosse quod suscipi. Neq; enim vllū omnis actus certius fundamētū crediderim, quām quæ facienda quæq;
vitanda sint posse decernere. Nā quid viro tam in decorum & intolerabile, quām delegatū officium ex adiutorū agere præceptis, quod fieri necesse est, quotiens imperitia præcessit eius cui decernitur, vsus quorum & si necessariae partes sunt, tamē ad ministerium ut manus quādam & instrumentū agentis, esse debent. Quapropter ea quæ ad vniuersam rem pertinentia contrahere potui, more iā per multa mihi officia seruato, in ordinem & velut i corporis deducta in hunc commentarium contuli què pro formula administrationis respicere possem. In alijs autem libris, quos post experimenta & usum cōpositi, antecedentium res acta est, in hoc vero & in sequentium, cuius foras perteinebit, & ad successorem utilitas. Sed cum in-

ter initia administrationis meæ scriptus sit, in primis ad meam institutionem regulâq; proficiet, ac ne quid ad to-
tius rei pertinens notitiam pretermisſe videar, nomina
primum aquarum, quæ in urbem Romanam influunt ponâ-
tum per quos quæq; earū, & quibus consulibus, & quo
to post urbem conditā anno perductæ sint deinde quibus
ex locis & à quanto miliario duci cœpissent, quantū sub-
terraneo riuo, quātū substuctiōe, quantū opere arcuato,
postea altitudinē, cuiusq; modulorūq; rationē & ab illis
erogatiōes quantū extra urbem, q̄tū intra quisq; modus
cuiq; regioni pro suo modulo vnaquæq; aquarum seruiat,
quot castella publica priuataq; sint, & ex his, q̄tū pu-
blicis operibus, q̄tū muneribus ita enim cultiores appellā-
tur, quātū lacubus, quātū nomine Casaris, q̄tū priuatorū
vñi beneficio principis detur. quod ius tuendarū sit earū
qua cōtumaces afficiat pena, ex lege senatus cōsultis, &
mādatis principum irrogata.

a B urbe cōdita per annos.ccccxli.cōtentи fuerunt
Romani vñi aquarum, quas aut ex Tyberi, aut
ex puteis, aut ex fontibus hauriebāt. Fontiū memoria cū
sanctitate adhuc extat, et colit. Salubritatē enim aegriscor-
poribus afferre credūtur, sicut. C. Amaranus Apollinaris
meminit. Nūc autem in urbem influunt aquæ Appia, Anio
uetus, Martia, Tepula, Iulia, Virgo, Alsietina que eadē vo-
catur Augusta, Claudio, Anio nouus, Appia. M. Valerio
Maximo. P. Decio murena. C O S S anno. xx. post initium
Sānitici belli inducta est ab Appio Claudio. Crasso cēsore,
cui postea cæco fuit cognomē, qui & viā appiā à porta
Capena vñq; ad urbē Capuā munidā curauit. Collegā ha-
buit. C. Fabiū, cui ob inq̄sitas eius aquævenas. Venocis co-
gnomē datū est. Sed is q̄a intra ānū & sex mēses deceptus
& collegā tāq; idē facturo abdicauit se à cēsura, nomē aquæ

DE A Q V E D V C T I B V S

ad Appij tantū honorē p̄tinuit qui multis tergiuersationib⁹
bus extraxisse censuram traditur, donec e⁹ viā e⁹ huius
aquaeductum cōsumaret. Concipitur appia in agro luculla
no via prænestina, inter miliarium. vi. et. viij. diuerticulo
sinistrorsus. passuum. dclxxx. Ductus eius habet longitudinem
à capite usq; ad Salinas, qui locus est ad portā Trigeminam
passuum vndeclimillium centū nonaginta sub
terraneo riuo passuum vndeclimillium centum triconta
substructioe e⁹ supra terram opere archatos proxime ad
portā capenā passuum. LX. Iungitur ei ad Anionem vete
rem in confinio hortorum torquatianorum. Alsietinæ Au
gustæ ramum ab miliario in supplementum
eius additum to cognomēdecē gemellorū . Hic via
prænestina ad miliariū sextū diuerticulo sinistrorsus pas
suū. dcccclxxx. proxime viā Collatiā accipit fontē, cuius
ductus usq; ad gemellos efficit riuo subterra neo passuum.
vi. mil. ccclxxx. Incipit distribui vetus anio vico publici
ad portā Trigeminā, qui locus Salinæ appellat, post annos
xl. q. Appia p̄ducta est anno ab urbe cōdita. cccclxxxix. M.
Curius dētatus, q. censurā cum L. Papyrio cursore gessit
anionis qui nunc dicitur vetus, aquam perducendā in ur
bem ex manubijs de Pyrrho captis curauit. Spurio, Car
uilio. L. Papyrio. C O S S. Itē post bienniū deinde actū est
in senatu de consumando eius aquæ opere post
annū nonum Minutius prætor edidit Tum ex senatus
consulto diuimiri aquæ iperducendæ creati, Curius e⁹
Fulvius flaccus locauerant. Curius intra quintum diē q.
erat diuimiri creatus decessit gloria perducte pertinuit
ad flumium. Cōcipitur anion. tūs supra Tibur. xx. milia
rio extra portā raranā, ubi p̄tim in Tiburtinū distribuit
vsum ductus eius habet longitudinē ita exigēte libramen
to passuum. XLIII. miliū ex eo riuus est subterraneus p̄se

suum. XLII. miliū. CCXCVII. substructio supra terram
passū. DCCII. Vigesimo primo anno, post annos. cxxviij.
i. anno ab urbe condita. DCVIII. Seruio Sulpitio Galba
et L. Aurelio Cotta COS s. cū Appiæ anionisq; ductus
vetustate quassati priuatorum etiam fraudibus interci-
peretur, datum est a senatu negotiū. M. Titio, qui tū præ-
tor inter ciues et peregrinos ius dicebat, eorum ductiū
reficiendorum et vindicandorum. et quoniam incre-
mentum urbis exigere videbatur ampliorem modū aquæ
eidem mandatum à senatu est ut curaret quatenus alias
aqua posset in urbe perduceret ampliores ductus

Reipub. causa tertio miliario. Fabrorum du-
xit, cui ab auctore Martiæ nomē ē. Legimus apd Fenest. l.
lā in hac opa. Marco decretū festertiū. IIII et octingētis
sed qm ad consumandū negotiū nō sufficiebat, statuit se-
natus præturam in alterum annū prorogari. Eodem tem-
pore decemviri dum alijs ex causis libros sibyllinos inspi-
ciunt inuenisse dicuntur non esse aquam Martiā sed anie-
nem, de hoc non constatius traditur in Capitolii perdu-
cendam, deq; ea re in senatu à Lepido pro collega verba
faciente. Actum Appio Clau. Q. Cecilio COSS. eādemq;
post annum tertium à L. Lentulo retractatam. C. Lælio,
Q. Seruilio COSS. sed vtroq; tempore viciſſe gratiā Mar-
ci Ticij, atq; ita esse in Capitolium aquam perducā. Con-
cipitur Martia via valeria ad miliarium. xxxiiij. diuerti-
culo euntibus ab urbe Roma dextrorsus milia passuum
trium villa sublacensi, atque sub Nerone principe primū
strata ad miliarium trigesimum octauū sinistrorsus intra
spacium passuum ducentorum finita substructionibus pe-
nè statim stagnino colore præuiridi. Ductus eius habet lō
gitudinem à capite ad urbem passū. LX. miliū. DCCX.
et semis, riuo subterraneo passū. LXXXI. milium.

DE AQUEDUCTIBVS

clxvij. semis, opere supra terrā passuum. viij. miliū. ccccliiij
 eo longius ab urbe pluribus locis priuatis & publicis ex
 D. vallis opere arcuato passuum. ccclxiiij. propius urbem à
 septimo miliario subtractione passuum. clxxxviii. Reliquo
 opere arcuato passuum. vi. miliū. cccclxx. Cn. Seruilius
 Cepio & L. Cassius Lōgimus, qui Rauilla appellatus est
 censores, anno post urbē conditam. dcxxvij. M. Plautio hip
 sapone. Ful. Flacco cōsulibus aquā quae vocatur Tepula ex
 agro lucullano, quē quidā Tusculanum credunt Romā &
 in Capitolii adducendā curauerūt. Tepula concipitur via
 latina ad. x. miliariū diuerticulo euntibus ab Roma dex
 trorsus miliū passuum duum, inde riuo suo in urbem pdu
 cebatur Iulie post mixta, Nā Agrippa aedilis post primū
 cōsulatū Imperatore Cāfare Augusto. M. Lelio volcatio.
 COSS. anno post urbem conditā. dccxix. ad miliariū ab
 urbe. xij. via latina euntibus ab Roma dextrorsus miliū
 passuum. xij. alteriusq; proprias vires collegit & Tepu
 la riū intercepit, acquisitæq; ab inuentore nomē iulie est
 datū. Ita tamen diuisa erogatione ut maneret Tepulae ap
 pellatio. Ductus Iulie efficit longitudinē passuum. xv. miliū
 cccxxvi. opere supra terrā passuum. viij. miliū ex eo in pro
 ximis urbis locis à. viij. miliario subtractione passuum
 dxxvij. Reliquo opere arcuato passuum. vi. miliū. ccclxxij.
 Pr̄ter caput Iulie transfluit aqua quae vocatur crabra.
 Hāc Agrippa emisit, seu quia usum improbauerat, seu qā
 tusculanis possessoribus relinquendā credebat. Ea nāq;
 est quam omnes villa tractus eius per vicem indies, mo
 dulosq; certos dispensatam accipiūt, sed non eadē modera
 tione aquarij nostri partem eius semper in
 supplementum Iulie vindicauerunt, nec ut Iuliam auge
 rent, quam hauriebant largiendo compēdijs sui gratia. Ex
 clusa ergo est crabra & tota iussu imperatoris redditā

tusculanis, qui nunc forsitan non sine admiratione eam sumunt, ignari cuius causa insolitam abundantiam habeant Iulia autem renocatis deriuationibus per quas subripiebatur modum suum, quamvis notabili siccitate seruatuit. Eodem anno Agrippa ductus Appie anienis martiae penè delapsos restituit, & singulari cura cum compluribus salientibus aquis instruxit urbem. Idem cum iam tertium consul fuisset. C. Sentio. S p. Lucretio C O S S. post annum. xiiij. quam Iuliam deduxerat virginem in agro quoq; Lucullano collectam Romam perduxit. Dies quo primum in urbem responderit. v. iduum iunij inuenitur Virgo appellata. q; quarentibus aquam militibus puella virguncula quasdam venas monstrauit, quas secuti qui foderant in gentem aquæ modum inuenierunt. Aedicula fonti apposita hanc virginem pictura ostendit. Concipitur ergo via collatia ad miliarium octauum palustribus locis. Signino circuicto continendarum scaturigimum causa. Ad innatus ex compluribus alijs acquisitionibus venit' per longitudinem passuum. xiiij. milium. CV. ex eo riuo subterra neo passuum. xi. milium. dclxv. supra terram per passus. Mccxl. ex eo substrictione riuorum locis compluribus passuum. cccccxl. opere arcuato passuum. ccccc. acquisitionum ductus riuui subterranei efficiunt passus. M. ccccvi. Quæ ratio mouerit Augustum prouidentissimum principem producendi alsi etiam aquam, quæ vocatur Augusta, non satis perspicio nullius gratiae, immo & parum salubrem & nusquam in usus populi fluentem, nisi forte cum opus naumachiae aggredetur, ne quid salubrioribus aquis detraheret, hanc proprio opere perduxit. & quid naumachiae coeparat superesse hortis subiacentibus & priuatorū usibus ad irrigandum cōcessit. Solet tamen ex ea in transiberina regione quotiens pontes reficiunt et à cite-

DFAQVEDVCTIBVS

riore ripa aquæ cessant ex necessitate in subsidiū publico
rum salientiū dari. Concipitur ex lacu Alsietinovia Clau-
dia miliario. xiiij. diuerticulo dextrorsus passuum. VI. mi-
lium. D. Ductus eius efficit longitudinē passuum virginis
ciduum milium centum septuaginta duorum opere archa-
to passuum. CCLVIII. Idem Augustus in supplemen-
tum Martie quotiens siccitates agerent auxilio aliā aquā
eiusdem bōitatis opere subterraneo perduxit vscq; ad Mar-
tie riuum quæ ab inuentore appellatur Angusta. Nascit
ultra fontem Martie cuius ductus donec in Martie accedat
efficit passus. DCCC. post hos. C. Cœsar, qui Tiberio suc-
cessit, cum parum & publicis vſibus & priuatis volu-
ptatibus. V II. ductus aquarum sufficere viderentur, alte-
ro imperij sui anno. M. Aquilio Iuliano. P. Nonio aspre-
nate COSS. anno vrbis conditæ. DCCXC. duos ductus
inchoauit, qđ opus Claudius magnificentissime consuma-
uit, dedicauitq; Sulla & Tutiano COSS. anno post vrbē
conditam. DCCC. Sexto Kalendarum Augustarum. Alte-
ri nomen quod ex fontibus Cerulo & Curtio perduce-
batur, Claudia datum, hæc bonitate proxima Martie. Al-
tera qm̄ due anienis aquæ in vrbē fluere cœperat. vt faci-
lius appellationibus dignosceretur, anio nouus vocari cœ-
pit. et quod illas omnes præcesserat prior anio, cognomē
ei veteris est adiectum. Claudia concipitur via sublacensi
ad miliarium. XXXVIII. diuerticulo sinistrorsus intra-
passus. CCC. ex fontibus duobus amplissimis & specio-
fis ceruloq;, qui a similitudine appellatus est, & Curtio
accipit, & eum fontem qui vocatur Albudinus tante bo-
nitatis, vt Martie quoq; adiutorio quoties opus est ita suf-
ficiat, vt adiectioe sui nihil ex qualitate eius mutet, Augu-
ste fons quia Martiā sibi sufficere apparebat in Claudiā
deriuatus est manente nibilominus præsidario in Mar-

tiam: ut ita demū claudiā aquā adiuaret Augusta, si eā
ductus Martiæ nō caperet. Claudiæ ductus habet lōgitudē
nem passuum. XLVI.miliū. Ex eo riuo subterraneo passuum
xxxvi.miliū.ccxxx. opere supra terrā passuum.x.miliū
lxxxi. ex eo opere arcuato ni superiori parte pluribus lo-
cis passuum triū milium et.lxxvi. et prope vrbē à.vij.
miliario subtractione riuorū per passus. dcix. opere ar-
cuato passuum. vi.miliū.ccccxc. Anio nouis sublacensi
via ad miliariū.lxij. in suo riuo excipitur ex flumine qđ
cū terras cultas circū se habeat soli pinguis, et ideripas
solutiores etiam sine pluuiarū iniuria limosum et tur-
bulentum fluit, ideoq; à faucibus ductus interposita est
piscina limaria ubi inter amnem et specum consisteret
et liquaretur aqua. Sic quoq; quotiens hymbres super-
ueniunt turbida peruenit in vrbē. Iungitur ei riuus hercu-
laneus oriens eadē via ad miliariū.xlij. è regione fontiū
Claudiæ træflumen viamq; natura purissimus, sed mix-
tus gratiam splendoris sui admittit. Ductus anienis noui
efficit pass. LVIII,milia. DCC .ex eo riuo subterraneo
passus. xl ix. millia. CCC. opere supra terram passus. ix.
mil. cccc. et ex eo subtractionibus aut opere arcuato su-
periori parte pluribus locis passus. xij. mil. DCCC. et
pprius vrbem à.vij.miliario subtractione riuorū pas-
sus. dcix. ope arcuato passus. vi. millia. ccccxc. Hi sunt ar-
cus altissimi subleuati i quibusdā locis. cix. ped. Tot aqua-
rū tam multis necessarijs molibus, pyramidas videlicet
ociosas comparem, aut cetera intertia, sed fama celebra-
ta græcorum opera. Nō alienū mihi visum est longitudi-
nes quoq; riuorū cuiusq; ductus et per species operū co-
plecti. Nā cū maxima huīus officij pars in tutela eorū sit,
scire p̄positū oportet quæ maiora impēdia exigat. No-
stra qđe solitudini nō sufficit singula oculis subiecisse.

D E A Q V E D V C T I B V S

Sed formas quoq; dictū facere curāvimus, ex quibus apparet vbi valles quant; eq;, vbi flumina traiicerentur, vbi montium lateribus specus appliciti. quantoq; maiore assēduamq; perterendi ac muniēdi iij exigāt curā, hinc illa cōtingit utilitas, vt rē statim veluti in conspectu habere possumus, & deliberare tanquā assistentes. Aquæ omnes diuersa in urbem libra proueniūt. Inde fit, vt quedā altiorib; locis seruiat, & quedā ire enīt in eminentiora nō possint, nā & colles si sint ppter freq. cētiam incendiorū ruderibus excrueuerūt. Quinq; enim sunt ductum altitudēnes, quarū due in oēm partē urbis attolluntur, sed ex reliquo aliæ maiore, aliæ leuiore pressura coguntur. Altissimus Anio est nouus, proxima Clāudia, tertium locum tenet Iulia, quartū Tepula, dehinc Martia, que capite etiā claudiæ librā æquat. Sed veteres humiliore directura pdie xerūt siue nondū subtile explorata arte librandi, seu quia ex industria infra terram aquas mergebant, ne facile ab hostib; interciperētur cū frequentia adhuc contra Italicos bella gererentur. Iā tamē quibusdam locis sicubi distus vetustate dilapsus est omisso circuitu subterraneo, vallis tractus breuitatis causa substructionibus, arcuatio nibusq; traiiciuntur. Sextū tenet libre locū Anio vetus similiter suffecturus & altioribus locis urbis; sicubi vallium submissarumq; regionum cōditio exigit substructionibus arcuationibusq; veteres exigentur. Sequitur huius libram virgo, deinde Appia, que cū ex urbano agro perducerent nō instantū altitudinis erigi potuerūt. Omnibus humilior Alsietina est, que trāstyberine regioni & maxime subia centibus locis seruit. Ex his via latina, sex intra. viij. milia riū contentis piscinis excipiuntur, vbi quasi respiratē riūorū cursu limū deponunt. Modus quoq; earū mensuris ibidem positis initur. Una autē Iulia, Martia quoq;, que

Tepula intercepta, sicut supra demonstrauimus, riuo Iuliæ accesserat. nunc a piscina eiusdem Iuliæ modū accipit, ac proprio canali & nomine venit, & à piscinis in eosdem arcus recipiuntur, summus ijs est Iuliæ, inferior Tepulae, deinde Martiaæ quæ ad libram collis viminalis coniungitur intra eūtes ad viminalē usq; portam deueniunt, ubi rursus emergunt. Prius tamē pars Iuliæ ad spem veterem excepta castellis. CCLII. montis usibus diffunditur, Martia autem parte sui post hortos pallatiānos in riuum qui vocatur herculaneus deīcit se per Celiū. Dūctus ipsius mōtis usibus, nihil ut inferior subministrans initur supra portam capenam, Anio nouis cum Claudiā à piscinis in altiores arcus recipiuntur, ita ut superior sit anio. Finiuntur arcus eorū post hortos pallatiānos, inde in usum urbis fistulis deducuntur partem tamen sui Claudiā prius in arcus qui vocantur Neroniani ad spem veterem transfert. si directi per celium montem iuxta templū Dīi Claudiū terminantur. Modū quem acceperunt aut circa ipsum mōtē celium, aut in palaciū auentinumq; & in transstiberinam regionē dimittunt, Anio vetus citra quartum miliariū intra nouiæ qua à latina in lauicanam itur arcus traiicite & ipse piscinam habet inde intra secūdū mēliarium partem dat in specum qui vocatur Octavianus & peruenit in regionem via nouæ ad hortos Asinianos, unde per illū tractū distribuitur. Rectus vero ductus secūdū spem veterē veniens intra portā exquiline in altos riuos p. urbē deducitur, nec virgo nec appia nec alsietina cōceptelas idest piscinas habet. Arcus virginis initium habent sub hortis. Lucullianis finiuntur in capo martio secūdū frōtē septorū. Riuis Appie sub celio mōte & auctino actus emergit, ut diximus, infra cliū publici alsi et inde ductū est in naumachia, nam eius causa videtur factus.

DE AQ VEDVCTIBVS

Voniam authores cuiusq; aquæ et^q ætates p-
tere ordines et longitudines riuorū et or-
dinem libræ persecutus sum: non alienum mi-
hi videtur etiā singula subiçere et offendere quanta sit
copia: quæ publicis priuatisq; nō solū vſibus et auxilijs
verū etiā voluptatibus sufficit et per quot castella qui-
busq; regionibus deducatur, quantū extra vrbē. quantū
intra vrbē, et ex eo q̄tum lacubus, q̄tum muneribus q̄
tum operibus publicis, q̄tum nomine Cæsaris. q̄tum pri-
uatis vſibus erogetur. Sed rationis existim o priusquam
nomina quinariarū centenariarūq; et ceterorū modu-
lorum, per quos mensura constituta est pferamus indica-
re quæ sit eorū origo, quæ vires, et quid quæq; appella-
tio significet, prepositaq; regula ad quā ratio eorum et
initium cōputatur ostendere, qua ratiōe discrepātia inueni-
rim, et quā emendandi viā sim secutus. A quarū modu-
li aut ad digitorū, aut ad vnciarū mensurā instituti sunt,
Digiti in capania et in plerisq; italiæ locis. vncia in pu-
pula ita hæc obseruant. Est aut digitus ut conuenit sexta
decima pars pedis, vncia duodecima. Quemadmodū aut
inter vnciā et digitū diuersitas, ita et ipsius digitī sim-
plex obseruatio nō est, nā aliis vocatur quadratus alius
rotundus, Quadratus tribus quartis decimis suis rotudo
maior, Rotundus tribus vndecimis suis quadrato minor
est. scilicet quia anguli deterunt postea modulus nec abvn-
cia nec ab alterutro digitorū originem accipiens inductus
ut quidā putat, ab Agrippa, ut alij à plumbarijs per vi-
triniūm architectum i vsum vrbis exclusis prioribus ve-
nit appellatus quinario nomine. Qui autem Agrippam
authorem faciunt, dicunt q̄ quinq; antiqui moduli exiles
et veluti puncta quibus olim aqua cum exigua effet di-
uidebatur in vnam fistulam coacti sunt, Qui vitriniūm
et plumb.

¶ plumbarios ab eo q̄ plumb̄a lamina plana quinq; dī
gitorum latitudinem habens circumacta in rotundū hunc
fistulæ modulum efficiat. Sed hoc incertum est, qm̄ cum cir-
cumagit, sicut interiore pte attrahit, ita per illā quæ foras
spectat extendit. Maxime p̄babile est quinariam dictam
à diametro qnq̄ quadratum, quæ ratio in sequentibus quo-
q; modulis v̄sq; ad vicenariam durat, diametro p singu-
los adiectione singulorum quadrantum crescente, vt in se-
naria quæ sex. scilicet quadrantes in diametro habet et se-
ptenaria quæ septem, et deinceps simili incremento v̄s-
q; ad vicenariam. Omnis autem modulus colligitur
aut à diametro, aut perimetro, aut ex recto mensuræ, ex
quibus et capacitas apparet. Differentiam vnciæ, digitæ
quadrati, et digitæ rotundi, et ipsius quinariæ, vt et
facilius dignoscamus, vtendum est substantiæ quinariæ,
qui modus et certissimus et maxime receptus est. Vn-
cie ergo modulus habet diametri. digitum vnum et tri-
entem digitii, capit plusq; quinariæ octaua hoc est. fescun-
tia. quinariæ et scripulis tribus et besse scripuli. Digi-
tus quadratus in rotundum redactus habet diametri. di-
gitum vnum et digitii fescuntiam sextulam. capit quina-
riæ dextantem. Digitus rotundus habet diametri digitum
vnum capit quinariæ septuncem. semuntiam sextulam. Cæ-
terum moduli quia quinaria orientur. duobus generibus
incrementum accipiunt. et una cum ipsa multiplicatur.
et eodem lumine plures quinariæ includuntur. In quibus se-
cundum adiectionem quiniarum amplitudo luminis cre-
scit. Est autem ferè nūc in vsum. cum plures quinariæ impe-
tratae fuerint ne in vijs sepius cōculneretur una fistula ve-
xiciatur in castellum, ex quo singuli suū modū recipiunt.
Alterū genus est, quotiens nō ad quinarium necessitatē
fistula incrementum capit. sed ad diametri sui mēsurā scdm

DE A Q V A E D V C T I B V S

quod ex nomen accipit ex capacitate ampliat, ut puta
quinariam cum adiectus est ei ad diametrum quadrans,
senarium facit nec iam in solidum capacitatem ampliat.
Capit enim quinariam unā quincuncem sicicum et deinceps eadem ratione quadrantibus diametro adiectis, ut su
pradicatum est crescent septenaria. ostonaria usq; ad vice
nariam. Subsequitur illa ratio que constat ex numero di
gitorum quadratorum qui area, id est lumine cuiusq; mo
duli continetur. à quibus ex nomen fistule accipiunt. nā
qua habet areæ, id est luminis in rotundum coacti digitos
quadratos. XXV. vicenum quinum appellatur. Similiter
tricenaria, et deinceps per incrementum digitorum usq;
ad centenum vicenum. In vicenaria fistula, que in confu
nio utriusq; rationis posita est, utriq; rōni penè congruit.
Nam habet secundum eā computationem, quæ interiacen
tibus modulis seruanda est in diametro quadrantes. xx. Cē
diametri eiusdem digitii quinq; sint, et secundum eorum
modulorum rationem qui sequuntur ad eam habet digito
rum quadratorum ex gnomonijs. xx. Ratio fistularum
quinariarum usq; ad centenum vicenum per omnes mo
dulos ita se habet, ut ostendimus et in omni genere, inita
constat sibi. Conuenit et cum his modulis qui in cōmenta
rijs iniectissimi et piissimi principis positi et cōfirma
ti sunt. Sine itaq; ratio sine auctoritas sequēda est utriq; cō
mentiorū moduli prævalent. sed aquarij cur manifestae
rationi pluribus cōsentiant in quatuor modulis noīauerū
duodenaria, et vicenaria, et cētenaria, et centenum vi
cenum. Duodenarie quidē q; nec magnus error nec usus
frequēs est diametro adiacerūt digitii semiunciam sicilicū
capacitati quinariae et bessem. Reliquis autē tribus modu
lis plus deprehenditur Vicenariam exiguiorē faciunt dia
metro digitii semisse capacitate qnarijs tribus, et semum.

ria quo' modulo plerunq; erogatur, Centenaria dūt eī cē
 tenui cēnum quibus assidue accipiunt. non minuuntur,
 sed augentur nec v̄su frequēs est diametro adiecerunt triē
 tis bessēm eī semunciam. Capacitati quinarias. x. semis
 sem semunciam sicilicū Centeno viceno diametro adi-
 ciunt digitos tres septuncē semunciam capacitatē quinarias
 L X V I. sextantam. Ita dum aut vicenariē quas subinde
 erogant detrahunt. aut centenariē eī centenūm vicenūm
 adiiciunt quibus semper accipiunt. intercipiuntur in cēte-
 naria quinaria. XXVII. in centum vicenūm quinaria. lx-
 xxvi. vñcia quod cum ratione approbetur. re quoq; ipsa
 manifestum est. Nam pro vicenaria, quam Cæsar pro quē
 narijs sexdecim assignat non plus erogant q̄ tredecim, et
 ex centenaria q̄ ampliauerunt ēque certum est illos nō ero-
 gare nisi ad arctiorem numerum. quem Cæsar secundum
 suos commentarios cum ex quaç centenaria expleuit quē
 narias octoginta vnam se Item ex centenūm vē
 cenū quinaria. xcviij. tanq̄ exhausto modulo definit distri-
 buere. In summa moduli sunt. xxv. omnes consentiūt, eī
 rationi, eī cōmentarijs. exceptis ijs quatuor, quo aquarij
 nominauerunt. Omnia autem quē mensura continentur
 certa eī immobilia cōgruere sibi debent. Ita enim vniuer-
 sitatis ratio cōstabit, eī quēadmodum verbi gratia sexta-
 rij ratio ad cyathos, modij vero, eī ad sextarios et ad cya-
 thos respōdent, ita eī quinariarū multiplicatio in aplo-
 ribus modulis seruare sequētie suā regulā debet. alioqui cū
 in erogatorio modulo minus inueniāt, in acceptorio plus
 appareat nō errorem esse, sed fraudem Memi-
 nerimus omnē aquā quotiēs ex erogatorio venit intra bre-
 ue spatiū in castellū cadit non tantum respondere mo-
 dulo suo, sed etiā exupare. Quotiēs vero ex hūiliore, id est
 ex minore pressura longius ducatur segnitia ductus mo-

DE A Q V A E D V C T I B V S

um quoq; deperdere. ideo secundum hanc rationem, aut
oneranda esset erogatio aut relevanda. Sed ex calcis op-
positio habet monumentum est in rectum, et ad libram col-
locatus si modum seruat, ex ad cursum aquæ si oppositus
deuexatusq; amplius rapit, ad latus autem prætereuntis, qd
conuersus ex supinus, nec ad haustum pronus segniter, exi-
guumq; sumit. Est autem calix modulus æneus, qui rino vel
castello induitur. huic fistula applicatur longitudine eius ha-
bere debet digitos non minus. xij. lumen, idest capacitate qua-
ta imperata fuerit, excogitatus videtur, quoniam rigor æris
difficilior ad flexum non temere potest laxari vel coarctari.
Formula modularium, qui sunt omnes. xxv. subiecti quāvis
in usu. xv. tantum frequētes sunt directa est ad rationem, de
qua locuti sumus, emendatis quatuor, quos aquarij nomi-
nauerat. Secundum quam fistula omnes opus facientes di-
rigi debent, aut si hoc fistula manebunt ad quinarias quot
capitur computari. Qui non sunt in usu moduli in ipsis est
adnotatum, ex diametri trientem digitum dico qd quinariae
sexcentia, ex scrupulis tribus, ex besse scrupuli. Digitus
quadratus in longitudine ex latitudine æqualis est. Digi-
tus quod ratus in rotundum redactus habet diametri di-
gitum unum, ex digitis sexcentiæ sextulæ. Capit quinariae
dextantem. Digitus rotundus habet diametri digitum unum.
Capit quinariae septuncem semunciam sextulam fistula quina-
ria, diametri digitum unum digitos tres. = 22111.
Capit quinaria unam. Fistula senaria diametri digitum unum
semis perimetri digitos quatuor 8 2 v 3 1 1 1. Capit qui-
narias. ix. i 3 7 3. Fistula septenaria diametri digitum unum
1 8 2 perimetri digitos sex capit quinarias. = 1. In usu non
est fistula octo diametri digitos duos perimetri digitos sex
capit, quinarias i i qd. Fistula denaria demetri digitos
duos et semis perimetri digitos, septem = 2. liiiij. capit quinq;

fias quatuor. Fistula duodenaria diametri digitos sex
 capit quinarias quinqꝫ in vsu nō est, vnde est alia apud
 aquarios habebat diametri digitos 11115 3 v. Capacita
 tis quinaria sex. Fistula quinūdenū diametri digitos qua
 tuor. 2. perimetri digitos. xij. zl. alia capit quinarias no
 uem. Fistula vicenaria diametri digitos octo. 3 11
 capit quinarias sexdecim apud aquarios habebat diamet
 ri digitos octo. Capacitatis quinas. Fistula vi
 cenum quinū diametri digitos decē et septē capit quina
 rias viginti. In vsu nō est fistula tridena
 ria diametri. vi. perimetri digitos decem et nouem
 capit quinarias vigintiquatuor zz
 2. qnqꝫ fistula tricenij quinū diametri digitos sex. 3 111.
 perimetri digitos capit quinarias viginti in
 vsu nō est fistula quadragenaria diametri digitos septem
 perimetri digitos. xxij. capit quinarias. xxxij.
 Fistula quadragenū quinum diametri digitos. viij. et. viij.
 perimetri digitos. xxxiii. capit quinarias. xxxvi.
 octo in vsu non est. Fistula quinquagenaria dia
 metri digitos septem. quinqꝫ perimetri dig
 itos. xxxi. iij. capit quinarias. xl. iij.
 Eistula quinquagenumquinum diametri digitos. viij.
 x. perimetri digitos. xxvi. capit quin
 rias. xliij. ix. in vsu nō est. Fistula sexagenaria
 diametri digitos. xxix. Capit quinarias. xlix.
 viij. Eistula sexagenumquinum quinaria dia
 metri digitos. ix. zij. pimetri. xxviiij. 3. capit quinarias. lij.
 octo in vsu nō est. Fistula septuagenaria dia
 metri digitos. ix. zz 3. sex perimetri. xxix. capit quinarias.
 lij. 3. sex Fistula septuagenumquinum diametri digitos.
 ix. vi. pimetri digitos. xxx. capit
 quinarias. xli, in vsu nō est. Fistula octogenaria diametri

DE A Q V A E D V C T I B V S

Digitos decē. xij. pimetri digitos. xxxij.
capit qnarias. lxiij. Fistula octogenū quinum diametri dig-
tos. x. xii. pimetri digitos. xxxiij. in vſu nō est. Fi-
stula nonagenaria diametri digitos. x. x. pimetri
digitos. xxxiij. capit qnarias. lxxiij iiii. Fistula nonage-
nū quinū diametri digitos. x. S. pimetri digi-
tos. iiij. ex capit quinarias. lxxvij. in vſu nō est. Fi-
stula centenaria diametri digitos. xi. ix. pimetri
digitos. xxxij. capit quinarias. lxxxij. apud aquarios
habebat diametri digitos. xij. capacitatis quinarias.
xcij. Fistula cctenū vicenū diametri digitos. xij. pimetri di-
gitos. xxxvij. capit quinarias. lxxxvij. apud aqua-
rios habebat diametri digitos. xij. capacitatis quinarias.
clxij. Qui modus diuarum centenariarum est.

XLVII FRON TINI DE A Q V A E D V C T I B V S V R B I S R O M A E.

L I B E R S E C V N D V S I N C I P I T.

p Ersecutus et quæ de modulis dici fuit nec
fariū. Nunc ponā quēadmodū quæq; aqua-
rū principiū, cōmētarijs cōprehēsum vſq;
ad nostrā curā haberevisa sit, quātū quæq;
errogauerit, deinde quæ ipsi scrupulosa in-
quisitione præeunte puidētia optimi diligētissimiq; prin-
cipis Neruæ inuenerimus. Fuerunt ergo in cōmētarijs in
vniuerso quinariarū. xij. millia. dcclv. in erogatiōe. xiiij.
millia. xvij. plus in distributione q; in accepto cōputabā-
tur, quinariæ. Mcclxij. Huius rei admiratio, cū præcipiū
officiū opus in explorāda fide aquarū, atq; copia crederem
nō mediocriter me cōuertit ad scrutādū quēadmodū am-

plius erogaretur q̄ in patrimonio, vt ita dicā, esset. Ante omnia itaq; capitaductū metiri aggressus sum, sed lōge i. circiter quinarijs. x. mill bus ampliorē, q̄ in cōmentarijs modum inueni, vt per singulas demōstrabo.

Ppiae in commentarijs ascriptus est modus' qui nariarum. dccc. vniuersiisq; ad caput inueniri mensura nō potuit quoniā ex duobus riuis constat. ad gemellas tamen qui locus est intra spem veterē vbi iūgitur cum ramo Augusta inueni altitudē nem aquae pedes quinq; latitudinem aquae pedis vnius et dodrantis. Fiunt areæ pedes octo & dodrans centenariae. xxij. & quadragenaria que efficiunt quinarias. M dccc= xxv. amplius q̄ in cōmentarijs habēs quinarijs. dcccclxxx ij. erogabat quinarias. dcciij. minus quam in commentarijs ascribitur quinarijs. C X X X V I I . & adhuc minus q̄ ad gemellas mensuram respondet quinarijs. M C X X I . Intercidit tamen aliquantum ex ductus vitio, qui cum sit depressior non facile manationes ostendit quas ei inesse ex eo appareat. q̄ in plerisq; urbis partibus præbita aqua obseruatur, idq; quod ex eo manat, sed & quasdam fistulas intra urbem inuentas deprehendimus. extra urbem autem propter præssuram libræ quæ f. e. cis terram ad caput pedibus. l. nullam accipit iniuriam, sicut inueni Anio= ni veteri ascriptus est modus in commentarijs quinaria= num. M C C C C X X I . ad caput inueni. I I I I . millia. ccxcvij. prater eum modum qui in proprium ductum Tiburtinum deriuatur amplius in commentarijs est qui= narijs duobus millibusq; erogabantur antequam ad piscinam perueniret quinariae. ducēte sexagēntaduæ. Modus in piscina. quæ per mēsuras positas initur efficit quinarias duo miliatricentas sexagita duas. Intercidebat ergo iter caput & piscinam quinariae. M dcclxxiiij. erogabat post piscinā

DE A Q V A E D V C T I B V S

quinariis. Mcccxlviij. amplius q̄ in cōmentarijs cōceptio-
nis modū significari diximus quinarijs. lxij. minus q̄ reci-
pi inductū potest. Nā posuimus quinarias. Mxiiij. summa
quæ inter caput et piscinā. Et post piscinā intercidebat
quinariarū. ij. millium. dcclxxvij. quod errore mensuræ
fieri suspicarer, nisi inuenissem vbi auerterentur mille.
clxij. Martiæ in cōmentarijs ascriptus est modus quinaria-
rum duum milium centum sexaginta duarum. Ad caput mē-
sus inueni quinarias quatuor milia sexcentas nonaginta
amplius quam in commentarijs est quinarijs duobus mi-
libus quingentis uigintiocto. Erogabantur anteq̄ ad
piscinā perueniret quinariæ. xcv. et dabatur in adiutoriū
Tepule quinariæ. xcij. Itē Anioni quinariæ. clxiij. summa
quæ erogabatur ante piscinā quinariæ. cccli. Modus qui ī
piscinā mēsuris positis initur cum eo qui circa piscinæ du-
etum eodē canali in arcu excipitur, efficit quinarias. ii. mil-
lia. dcxxxliij. Summa quæ aut erogatur āte piscinā aut in
arcu recipitur quinariarum. iij. milliū. ccxcv. āplius quā
in cōceptis cōmentariorū positū est qnarijs. Mcccxiij. mi-
nus quā mēsuræ ad caput actæ efficiunt qnarijs. Mcccxcv.
Erogabat post piscinā qnarias. Mdccxl. minus quā in cō-
mentarijs cōceptionis significari diximus quinarijs. ccxx-
vij. minus q̄ ex piscina in arcus recipiunt, sūt quinariæ.
Mciij. Summa utraq; quæ intercidebant aut inter caput
et piscinā. aut post piscinā quinariarū duum milliū quin-
gentarū, quas sicut in ceteris pluribus locis intercipi de-
prehendimus. Nō enim eas cessare manifestum est etiam
ex hoc eo quod ē capite præter eā mēsurā quā nos cōpre-
hendisse capacitate ductus posuimus effundūtur amplius.
ccc. quinariæ. Tepule in cōmentarijs ascriptus est modus
quinariarum quadrinētarū. Huius aquæ fontes nulli sunt
venis quibusdā cōstabat, quæ interceptæ sunt in iulia. C43

put ergo eius obseruandum est à piscina Iuliæ. Ex ea enim primum accipit quinarias. cxc. deinde statim ex Martiæ quinarias. xcij. Præterea ex Anio nouo adhortos epaphroditianos quinarias. clxiij. Fuit omnes qnariæ. ccccxlv. amplius quam in cōmētarijs quinarijs. xlvi. quæ inde erogantur, nec cōparent. Iuliæ in cōmentarijs ascriptus est modus quinariarū. dcxl ix. ad caput mēsura iniri nō potuit, quoniam ex pluribus acquisitiōibus constat, & ad sextum ab urbe miliariū vniuersa in piscinam recipit, vbi modus eius manifestis mensuris efficit quinarias. Mccvi. amplius quam in cōmētarijs qnarijs. dliij. Præterea accepit prope urbem post hortos pallatiianos ex Claudia qnarias. clxiij. Est, omnime Iuliæ in acceptis quinariæ. Mcclxviij. ex eo dat in tēpia lam quinarias. cxc. Erogat suo nomine. dccccxcij. Fiant quas erogat quinariæ. dccccxcij. amplius quam in commentarijs habet quinarias. cccxl iiij. minus quam in piscina habere possumus. cxxiij. quas ipsas apud eos q̄ sine bñficijs p̄cipijs usurpabat depræhendimur. Virginis in cōmentarijs ascriptus est modus quinarium. dccli j. minus. Mensura ad caput inueniri nō potuit. quoniam ex pluribus acquisitiōibus constat & leniore riuo intrat propè urbem ad miliarium septimum in agrum. qui nunc est ceroni commodi vbi ve lociorem cursum habet, Mēsurā egi, quæ efficit quinarias duo millia. diij. amplius quam in commentarijs quinarijs mille. dccli j. Omnibus approbatio nostra expeditissima est. Erogant enim omnes quas mensura depræhendimus ad duo millia. Dl IIII. Alsietine conceptionis modus nec in commentarijs ascriptus est, nec in re præsenti certus inueniri potuit. cum ex lacu Alsietino. & deinde circa careas ex sabatino quantum aquarij temperauerunt habet non plus quinarijs duobus milibus. Claudiæ abundatior alijs maximæ iniurie exposita est. In commentarijs habet nom

DE AQUAEDUCTIBVS

plus quinarijs duobus milibus ostingentis quinquaginta
quinq; cum ad caput inuenierim quinarias. iij. milia. dc-
xij. amplius quam in commentarijs. mille. dcclij. Adeo au-
tem nostra certior est mensura, vt ad septimum ab vrbe
miliarium in piscina vbi indubitate mensuræ sunt inuen-
tiā quinarias tria millia. ccxxii. plus quam in com-
mentarijs. ccclxii. quamuis & ex beneficiis ante piscinā
eroget, & plurimum subtrahi deprehenderimus, ideo q
minus inueniatur, quam reuera esse debeat quinariis mil-
le. ccxcv. & circa erogationem fraus appareat, quod neq;
ad commentariorum fidem, neq; ad eas quas ad caput egi-
mus mensuras, neq; ad illas saltem ad piscinas post tot in-
jurias conuenit, Solē enim quinariae mille. dccl. erogantur
minus quam commentariorum ratio dat quinariis mille.
cv. minus autem quam mensuræ ad caput factæ demōstra-
uerit quinariis duobus milibus. dclvii. minus etiā quam
in piscina inuenit quinariis mille. dlxii. Itaq; cum sincera
in urbem proprio riuo perueniret in vrbe miscebatur cū
aniene nouo, vt confusione facta, & conceptio earum, et
erogatio esset obscurior. Quod si qui forte me acquisitio-
num mensuris blandiri putant admonendi sunt Curtium
& Ceruleum fontes aquæ Claudiæ sufficere ad præstan-
das ductui suo quinarias quas significauit. iij. millia. dclxij.
vt prætre a mille. dc. effundantur. Nec in eo inficias quin
ea quæ superfluent nō sim proprie horū fontium. Capiunt
tur enim ex Angusta quæ inuenta in Martiæ supplemen-
tum dum illa non indiget adiecimus fontibus Claudiæ,
quamuis ne huius quidem ductus omnem aquā recipiat.
ANIO nonus in commentarijs habere ponebatur quinaria-
rias. iij. millia. cclxii. mensus ad caput repperi quinarias.
iij. millia. dccxxxvij. amplius quam in conceptelis cōmē-
tiorum est quinarijs mille. cccclxxv. quarū acquisitionē

non aude me amplecti quo nō alio modo manifestius p
bem quām erogatione ipsorum commentariorum maior
pars earum continetur. Negatur enim quinariarum. iiii.
millium. cxi. alioquin in eisdem commentarijs inuenitur
conceptio, non amplius quām trium millium. clxiiij. prate
rea intercipi non tantum quingentas. xxvij. quæ inter mē
suras nostras & erogationem intersunt, sed et longe am-
pliorem modum deprehendi, ex quo apparet etiam exube-
rare cōprehensam à nobis mensurā, cuius rei ratio est, q
